Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et qui non audierunt, neque de creatione celesti. Si dicatur quod sic. quomodo ergo dicit propheta. quod non est annunciatum. et qui non audierunt de eo. id est de christo. non est verisimile. si celestes creature fuissent. quod non fuisset sibi annunciatum de eo, et qui non audierunt de ipso. et qui fuissent sine eius cognitione. quomodo est hoc esse potest cum dicat david. quem dicis ibi prophetasse. Unde dominus noster. quam admirabile est nomen tuum in universa terra. et sic hoc testimonium non sufficit. audi malachiam. quem dicis ibi prophetasse. in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. prius enim dixerat. Ab ortu solis et occasu magnum est nomen meum in gentibus. In quibus auctoritatibus manifeste terra sumitur pro celesti terra. et locus in quo offertur ei oblatio munda. scilicet pro celesti loco. Ergo si gentes ille de quibus loquitur ysaias. fuissent celestes. magnum fuisset nomen dei in eis. et admirabile. et ita fuisset eis de christo annunciatum. ut dicit ysaias. in auctoritate predicta. ergo non fuerunt celestes creature. et tamen salvabuntur. sic enim scriptum est ibi. iste christus scilicet. asperget gentes multas. super ipsum continebunt reges os suum. quia quibus etc. Iste sunt ille gentes quas asperget. id est lavabit sanguine suo. et non fuerunt celestis creationis. ergo non tantum celestes creature salvabuntur. sed de qua creatione fuerunt. si non fuerunt celestis creationis. nunquid isti infime creationis. si hoc concedat. quod verum est. ergo vel hec creatio bona. et a deo bono. quod verum est. vel de mala creatione aliqui salvabuntur. sed hultimum esse non possit. ergo hec infima creatio a deo bono est. ¶ Si autem contra te replicat auctoritatem malachie. que videtur ysaie contraria. que ait. quibus non est annunciatum de eo. etc. Respondeo quod mala. sumitur presens pro futuro. cum dicit. magnum est nomen meum in gentibus. sicut et ysaias. in auctoritate predicta. dicit contemplati sunt. quod exponit apostolus. pro futurum. cum ponit intelliget. ad romanos xv. hoc autem tu dicere non potes. quia in prophetiis ad sonum littere sumitur presens pro presenti. et preterito pro preteritum. et futurum pro futuro. ¶ Preterea legitur ysaias xlix. dicit syon dereliquid me dominus. et deus oblitus est mei. nunquid oblivisci potest mulier infantem suum. ut non misereatur filio uteri sui. et cetera. Ecce in manibus meis descripsi te. muri tui coram oculis meis semper. et post pauca subdit. Deserta tua et solitudines tue. et terra ruine tue. angusta erit pre habitatoribus. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tue. angustus est michi locus. fac michi spacium ut habitem. et dices in corde tuo. quis genuit michi istos. ego sterilis et non pariens transmigrata et captivata. et istos quis enutrivit. ego destituta et desolata. et isti ubi erant. ¶ Si ysaias prophetat de celesti syon. ut tu dicis. et de eius habitatoribus illuc reversuris. ut dicis. que duo falsa sunt. si illi soli qui ibi fuerunt geniti. vel electi a deo. salvabuntur. et illuc redibunt. quare dicit deserta tua. et solitudines tue -r- angusta erit pre habitatoribus. et quare dicit. quod filii eius dicent. angustus est michi locus. fac michi spacium ut habitem. Ergo vel ysaias. non prophetat de

[Margin notes:]

intelliget. ista prophetia in celo facta. facta est in quo ro de quibus dicit quod non est annuntiatum de eo. et qui non audierunt

fuerunt a principio istorum ibi create

sed non est ei annuntiatum